In Christi nomine. Noverint universi. Et nullus in carne positus mortem evadere potest. Idcirco ego Johannes Olell heres mansi Olell parrochie beate marie de Cellent diocesis Vicensis modo habitans in parrochia beate marie de Gualleç diocesis barchinone in manso vocato Masover positus in magna infirmitate de qua mori timeo tamen in meo bono sensu clara memoria firmaque loquela meum facio condo et ordino testamentum In quo quidem testamento eligo manumissores meos et huius testamenti executores videlicet bernardum Olell alias Masover filium meum et alienorem uxorem meam quos ambos rogo in domino ut ipsi ambo vel alter ipsorum velint sive velit complere hoc meum testamentum ut inferius invenerit sive invenerint ordinatum et escriptum Et primo et ante omnia volo et mando quod omnia debita mea et omnes iniurie mee solvantur et restituantur que legitime apparuerint per instrumenta aut albarana aut per legitima documenta aut per testes fide dignos secundum dominum deum. Eligo autem pro anima mea quinque libras monete barchinone de quibus volo ut fiat mea sepultura misse tercii diei et capitis anni ad cognicionem dictorum meorum manumissorum Item volo et mando quod facta mea sepultura celebrentur triginta et tres misse que vulgariter nuncupantur misse sancti amatoris pro anima mea ubi dicti mei manumissores voluerint. Et nam sepulturam eligo in cimiterio beate marie de Gualleç Et primo dimitto cuilibet altari constructo in dicta ecclesia unum solidum pro una missa celebranda Item dimitto cuilibet constructo in dicta ecclesia duos denarios Item dimitto cuilibet manumissori meo honore dicte manumissorie quinque solidos Residuum vero dictarum quinque librarum volo quod distribuatur in missis celebrandis et in aliis causis piis ad cognicionem dictorum meorum manumissorum De aliis vero bonis meis dimitto Johanni Olell filio meo racione legitime sibi pertinenti quinque solidos Item dimitto marco Olell filio meo racione ime sibi pertinenti quinque solidos Item dimitto michaele nore mee quinque solidos Item dimitto bartholomeo Olell filio meo decem libras monete barchinone in tempore nupciarum suarum et non ante Et quod habeat cum voluntate et consensu bernardi Olell filii et heredis mei et fratris sui et si contra fecerit et acceptat aliam uxorem sine consensu dicti heredis mei in illo casu dimitto sibi quinque solidos tantummodo racione a alia vero bona mea mobilia et immobilia habita et habenda dimitto bernardo Olell filio meo Et ipsum heredem universalem instituo tam de dicto manso Olell bonis et possessionibus sive constructo in dicta e marie de Cellent quam de aliis bonis que ego habeo in manso Masover sito in dicta parrochia de Gualleç et in aliis locis ubique sint Et hec est ultima mea voluntas et meum ultimum testamentum quam et quod volo e testamenti et si non valet iure testamenti saltem volo quod valeat iure codicillorum aut nuncupativi testamenti aut aliter quod de iure valere possit et teneri. Actum est hoc in parrochia beate marie de Gualleç e mensis augusti Anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo septuagesimo nono. Sig+num Johannis Olell testatoris predicti qui hoc meum testamentum laudo et firmo.

Testes vocati et rogati huius testamenti sunt anthonius plana et marcus morell omnes parrochie
beate marie de Gualleç

num mei Huberti Gallart presbiteri Rectoris ecclesie parrochialis beate marie de Galleç et notarii publici eiusdem parrochie qui hec scribi feci et clausi.

Fuit visum per me Michaelem [illegible] presbiterum [illegible]
Sabastianum [illegible] [illegible] tenet [illegible]